Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



79

fuit. dum aduersum se dimicant. & intestino
furore bachantur. lacerabitur enim regnum eius
etiam in externos. Exceptis his preter regna
quattuor. macedonie. asie. syrie. & egypti. etiam
in alios obscuriores & minores reges macedo
num regnum laceratum. Significat autem
ptiecam & eratheron & lysimachum. Nam
cappadocia. & armenia. bythinia & heracla.
bosphorusq; & alie pumcie de potestate mace
donum recedentes. diuersos sibi reges consti
tuerunt. Et confortabitur rex austri. Ptholomeus
indicat lagi filium. qui primus regnauit in
egypto. & uir prudentissimus fortissimusq;
ac ditissimus fuit. & tantie potentie ut pyrrhum
regem epyrotarum expulsum restituerit in
regnum. cyprumq; optinuerit & fenicem. &
uicto demetrio filio antigoni. seleuco regni
sui partem. quie ab antiocho fuerat ablata
restituerit. chariam quoq; optineret. & multas
insulas. urbesq; & regiones. de quibus non est
huius temporis scribere. Idcirco autem
cetera regna dimittens macedonie indicet